UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o octaua

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

rent vnus phariſeus ⁊ alt᷑ pu-
blicanus Et reliqua. Ome-
Quia pabolā ſia vene. bede
dn̄s qua ſemp̄ orare et nō de-
ficere docebat ita concluſit vt
diceret veniente iudice diffici
le fidem in terra reperiendam
ne quis ſibi forte deſup̄ vacua
fidei cognitione vel etiā con-
feſſione blandiretur mox alte-
ra iuncta parabola diligenti⁹
oſtendit a deo fidei non ꝓba
examinanda ſed opera. Int᷑
que nimirum op̄a maxime re-
gnat humilitas. Lcō octaua
Unde et ſupra cum fidē gra
no ſynapis minuto quidē ſed
ex contritione flagranti cōpa
raret quaſi exponendo ſubiū-
xit. Cū feceritis om̄ia q̄ p̄cep
ta ſunt dicite ſerui inutiles ſu
mus. Quo contra ſuperbi cuꝫ
nequaq̄ om̄ia ſed modicū q̄d
eorum q̄ p̄cepta ſunt faciant.
non ſoluꝫ mox de ſua iuſticia
p̄ſumūt. ſed et infirmos quoſ-
q̄ deſpiciunt. atq̄ ideo quaſi
fide vacui cum orauerint non
exaudiūtur Tu. Lecto nona.
Duo homines aſcenderūt in
templū vt orarent. vnus pha-
riſeus ⁊ alter publican⁹: Pub
licanus humiliter orās ad il-
la p̄ſtate vidue hoc eſt eccleſie
membra pertinet de quibꝫ ſu-
pra dicitur. Deus aūt non fa
ciet vindictam electorum ſuo
rum clamātiū ad ſe. Phariſe⁹
aūt merita iactans ad ea de q̄
bus terribilis in concluſione
ſententia ſubditur. Uerumta
men filius hominis veniens
putas inueniet fideꝫ in terra
Fratres: Notuꝫ vobis Cap
facio euāgeliū qđ p̄dicaui vo
bis quod ⁊ accepiſtis in quo
⁊ ſtatis p̄ quod et ſaluamini.
Omp̄s ſempiterne d̄s Coll.
qui ex abūdātia pietatis tue
merita ſupplicum excedis ⁊ vo
ta. effunde ſup̄ nos miſcđiam
tuam vt dimittas que conſciē
tia metuit ⁊ adiicias qđ oratō
non p̄ſumit. Per dn̄ꝫ. De euā
gelio añ. Duo homīes aſcēde
rūt in templum vt orarent. v-
nus phariſeus et alter publi-
canus. Phariſeus ſtans hec
apud ſe orabat. deus gratias
ago tibi quia non ſum ſicut ce
teri hominum raptores iniu-
ſti adulteri velut etiā h̄ publi
canus. Publicanus aūt ſtanſ
p̄cutiebat pectus ſuum dicēs
deus ꝓpicius eſto mihi pecca
tori. añ. Stans a longe pub-
licanus nolebat oculos ad ce
lus leuare ſed p̄cutiebat pec-
tus ſuum dicens deus ꝓpici⁹
eſto mihi peccatori. añ. De-
ſcendit hic iuſtificatus in do-
mum ſuā ab illo qꝛ om̄is qui
ſe exaltat humiliabitur. ⁊ qui
ſe humiliat exaltabitur. Añ.
Omnis qui ſe exaltat humili
abitur. et qui ſe humiliat exal

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN